

## LECTIO DECIMASEPTIMA.

Dist. 4.

Super Dist. 4. primi Sent. in qua ostenditur. Quomodo Deus Deum generat.  
Hinc obseruo quinque potissima.

Continuationem cum precedenti Distinctione, } Quo ad continuationem. Sciendum, q̄ cum in  
Rationem generationis Diuinae, } precedenti Distinctione per creaturas ostendit  
Quod Deus Deum generat, } vnitate, & Trinitatem personarum quo  
Difficultates, & solutiones. } ad quætionem, si est, & quo ad demonstrationem effectualem, in præsentī Distin. soluit difficultates contra eos, qui negabant Trinitatem, & q̄ nullo pacto detur ista Trinitas, alioquin sequeretur, hoc absurdum, quod Deus Deum generaret, & sic essent plures Dij, quod est falsissimum, & hæreticum. Idcirco accedo ad secundum, & probō quomodo detur generatio in Deo, & uecessario. Deinde quod Deus Deum generet Quod necassario generet probō a simili. Nihilior est productio naturalis, quam artificialis, ergo.

Præterea quicquid perfectionis reperitur in creaturis, reperitur & in creatore, & perfectiori modo. Igitur si productio naturalis & artificialis dicit perfectionem in homine, & brutis magis dicit in Deo.

Sicuti in natura naturata, q̄ est homo datur duplex productio, Altera naturalis, & Altera Artificialis.

Naturalis in qua producit effectum sibi similem, nēpe hominem, & Artificialis in qua produxit domum dissimilem. A fortiori cum Deus produxerit per creationem sibi dissimilem mundum debet producere aliquid sibi simile in natura, omnipotentia, sapientia, & bonitate.

Præterea, Magis conuenit Deo producere ea quæ ad ipsam suam naturam spectant, quam quæ spectant ad artificialem, sed magis naturale est productio alterius similis sibi, & de sua essentia, quam producere mundum de nihilo q̄ est extra suam naturam, ergo genuit Deum, quia prima est radicalis, & intrinseca, secunda extrinseca. Nam quod est intrinsecum alicui magis illi conuenit, quam id quod est extrinsecum illi, At producere sibi simile est intrinsecum, igitur.

Præterea. Quando sunt producta quæ afferunt lætitiā & complacentiam: Certum est, q̄ libentius, & promptius illud producit, quod maiorem affert complacentiam, quam illud quod minus. Ideo homo libentius cupit generare filium, quam extruere domum, quia maius sentit in filio gaudium, quam in domo cum filius sit magis similis, & sit de visceribus, quam non domus, ergo si Deus, ex amore produxit mundum quem diligit, quanto magis debuit producere alium sibi similem, vt summam habeat complacentiam, ergo Deus Deum generat.

A simili.

Præterea, Sicuti Rex excomplect in societate Ciuium, magis complacebit in societate filiorum similium, ergo si Deus complaceat in societate Angelorum, hominum, & mundi, quæ sunt extra suam substantiam, a maiori magis complacebit in societate sui similis in essentia, ergo. Produxit Deum.

Præterea. Cū Deus sit summus, & infinitus: Infinitus in vigore, & infinitus in natura oportet, vt sit in eo infinita productio: Infinita productio non est mundus, quia mundus non potest esse infinitus cū sit de nihilo, ideo comparando mundum Deo, est sicuti punctum respectu lineæ: ducentum millium pedum, vel sicuti cæcum respectu cæli, ergo oportet, q̄ producat illud de sua substantia, ergo genuit Deum.

Præterea. Cum Deus sit summus, & immensus, vt nil maius excogitari possit, ergo oportet, vt producat aliquid, quo maius excogitari non possit, & in hoc stat plenitudo productionis summæ, igitur, cum produxerit mundum finitum de nihilo, ergo oportuit, vt primum produxerit infinitum de se ipso in quo est plenitudo naturalis, sicuti in productione, ex nihilo, productio artificialis, ergo Deum genuit.

Præterea. dicit Esaias. Ego qui generationem cunctis tribus sterilis ero? Nam sicuti Deus hanc inferuit naturam omnibus entibus, q̄ vna quæque res producit suam Imaginem, vt patet in.

|          |                         |  |
|----------|-------------------------|--|
| Sole,    | Nam Sol emittit radium, | Ergo cum ipse sit secundissimus, optimus, & copiosissimus super oēs creaturas, producit suam imaginem; |
| Ignem, & | Ignis flammam, &        | Sua imago est Deus, ergo Deum producit.  |
| Speculo. | Speculum exemplar.      |  |

Præterea. Deus pater generat Deum filium, ergo Deus Deum generat. Antecedens patet. Quia pater qui est Deus, filium qui est Deus generat, quam etiam patet. Quia da oppositionem, q̄ Deus non generet Deum, ergo nullus Deus generat Deum filium, sed hoc repugnat antecedenti, ergo. Videbis Ioā Bachonum, in hoc 1. D. 7. art. 4. Vbi dicit, q̄ ratione additū illud quod erat vniuersale fit particulare, & species inducit vestem individui. Exem. Quando dico homo, certum est, q̄ prima fronte signo speciem, & naturam communem in multis, quando vero dico homo currit, per hoc additum fit singulare individuum, & persona. Ita quando dico Deus, significo naturam diuinam, vt sic non generat, sed quando dico Deus generat, significo naturam & quando dico Deus non generat, significo filium.

Præterea. Quando Deus pater generat: Aut genitū, est Deus, aut nō est Deus, si est Deus, habeo propositum. Si non est Deus, ergo, q̄ non est Deus, est similis Deo naturaliter, cum omne genus naturaliter assimilatur genitori, quod repugnat Isaie dicenti, Cui similem fecisti Deum? D. Glossa. Nulli assimilari potest.

Præterea. Quicquid habet filius, aut habet a se, aut ab alio: Sed non habet a se. Quia esset ingenuus, ergo ab alio: sed habet deitatem, & solum per generationem, ergo habet ab habente Deitatem, ergo, A patre, ergo genuit Deum. Ideo in symbolo continentur, hæc verba. Deum Deo, lumen de lumine, ergo.

## CONTRA HANC CONCLUSIONEM

Sunt multæ difficultates, quibus probatur, quod si Deus Deum genuit, ergo non est vnus Deus, sed plures Dij, probant hoc modo.

1. Arg. Si Deus Deum genuit, ergo. Aut Deus genuit se Deum: aut genuit alium Deum.

Si

Arguit Doctor contra S. Thomam. D. 1. q. 39. vide locum.

Isai. 40.